# Band IV., Nr. 993, Seite 43-44

*Abt Peter von Bebenhausen beurkundet, dass er unter Beirat seiner Klosterbrüder von Ritter Werner von Ihlingen den Hof in Geisnang nebst der Vogtei samt aller Zubehör gegen Güter gleichen Ertragswertes an verschiedenen genannten Orten eingetauscht, sowie dass insbesondere der Lehensverband, in welchem Geisnang gestanden, gelöst und dasselbe als freies Eigentum an Bebenhausen übertragen worden.*

## Ohne Ortsangabe, Um 1243[1].

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspicientibus frater P., divina providentia dictus abbas in Bebinhůsen, in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne similiter labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Declaretur ergo presentibus et sciant posteri, quod ego, frater P. dictus in Bebinhv̊sen abbas, assidente nobis communi fratrum consilio, emimus a Wernhero milite de Ihelingen bona quedam in Gisenanc, curiam scilicet et advocatiam cum omnibus suis pertinentiis, dantes sibi in concambio alia predia, bonis, que nobis vendidit, in redditibus ad plenum equipollentia, que stilo duximus subnotanda: in Hohdorf XX maltera siliginis Tẘingensis mensure, XIIII maltera avene eiusdem mensure, IIII solidos Tuingensis monete; in V̊tingen[2] X maltera siliginis et V maltera spelte mensure in Horiwe, IIII solidos Tẘingenses; in Winoluishein IIII maltera siliginis Tẘingensis mensure, IIII maltera spelte eiusdem mensure, IIII maltera avene eiusdem mensure, I malterum pise mensure in Horiwe, C ova; in Nallingeshein XIIII solidos Twingenses et CC ova. Verum quia dictus Wer(nherus) bona nobis vendita a nobilibus viris Cv̊none de Stoffeln suisque duobus patruelibus possidebat sub titulo feodi, et illi nihilominus eisdem bonis ab illustri domino R. de Tẘingen pallatino et a fratre suo, W. comite eque illustri, fuerant infeodati, nos habito prudentum virorum consilio, ut contractus inter nos et dictum Wer(nherum) celebratus fine debito posset terminari, rogatu nostro prefatus C(v̊no) de Stoffeln, assumpto secum Wer(nhero) milite ad placitum, quod dominus R. de Tẘingen pallatinus cum filiastro suo, B. comite, pro dote filie sue in Birhtinle[3], convenientibus ibidem multis nobilioribus, habuit, nobis occurrit. Sed quia dominus W. comes ad eundem

[1]Vgl. zur Datierung die folgende Urkunde Nr. 994 (WUB, Bd. IV, S. 45).

[2]Eutingen.

[3]Ein Wiesenfeld unterhalb Rottenburg, auf der linken Seite des Neckars am Wiesenbach. Vgl. Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 3, S. 74; Schmid, Pfalzgrafen von Tübingen, und Pfeiffer, Freie Forschung, 1867, S. 287ff.

diem, uti a nobis rogatus fuerat, aliis, ut assolet, prepeditus negociis venire non potuit, Reinhardum militem suis cum litteris, pro nobis fideliter ad dominum C(v̊nonem) de Stoffeln intercedentibus, illo direxit, ratum habiturus, quicquid frater suus super prefato negotio disponere decrevisset. Igitur dominus R. pallatinus comes nostris pio assensu precibus occurens, bona, que nos Wer(nhero) militi de Ihelingen in concambio tradidimus, a domino C(v̊none) de Stoffeln et suis patruelibus sibi et R(einhardo) militi loco domini sui resignata suscepit, quibus illico vice priorum eosdem infeodavit, a quibus etiam Wer(nherus) miles de Ihelingen memorata bona sub titulo feodi recepit. Bona vero in Gisenanc, que nos a Wer(nhero) milite in emptione recepimus, modo prescripto resignata, assentientibus sepedicto C(v̊none) cum suis patruelibus et predicto Wer(nhero) similiter assensum prebente, sue manus fratrisque sui per robur nobis, secundum quod iuris ordo exigebat, ab omni molestia exactionis libera et iure possessionis tradidit perpetuo habenda. Ceterum ne qua in posterum super prefata emptione oriatur calumpnia, eam fecimus mandari litteris et a sigillis domini pallatini et fratris sui, C(v̊nonis) de Stoffeln, pariter et nostri recipere firmamentum. Huius rei testes sunt: comes pallatinus et W. frater suus, Wolueradus comes de Veringen, liber de Gv̊ndeluingen, Crafto de Haluingen, Reinhardus de Custertingen, Wolframmus de V̊tingen, Wernherus de Phaffingen, et alii quam plures.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Von den vier Siegeln sind das erste und dritte, das des Pfalzgrafen Wilhelm und des Cuno von Stöffeln, ganz abgegangen und nur die gelblichen Seidenstränge, woran sie befestigt waren, noch vorhanden. Das zweite Siegel, das des Pfalzgrafen Rudolf, rund und von dunkelbraunem Wachs, hängt an roth-grün- und gelblichweißen Seidensträngen noch an; es ist nicht sehr deutlich ausgedrückt, lässt sich aber als das pfalzgräfliche Siegel erkennen, das bereits zu Urkunde Nr. 702 (WUB, Bd. III, S. 185) beschrieben ist, vgl. die Abb. bei Friedrich Karl Fürst zu Hohenlohe-Waldenburg: Über die Siegel der Pfalzgrafen von Tübingen: Den Freunden der mittelalterlichen Sphragistik und Heraldik auf der Generalversammlung der Abgeordneten des deutschen Geschichts- und Alterthums-Vereine zu Reuthli, Nr. 3. Von der Umschrift sind die Buchstaben . . . PA . . . DE . TVING . . noch am deutlichsten erhalten. Verdächtig ist bei diesem auffallend dicken Siegel, dass es auf der Vorderseite in mehrere Stücke zersprungen und wieder zusammengefügt erscheint, während auf der Rückseite hievon nichts zu bemerken ist. Das vierte Siegel, an roter Seide anhängend und aus demselben Stoff, ist länglich rund und zeigt einen stehenden Abt, den Stab in der Rechten, mit der Umschrift: SIGILLVM ABB*at*IS DE BEBENHVSEN (die E gerundet).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 474 U 781

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Abschrift im Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 16.

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, 120 (Auszug). Schmid: Pfalzgrafen von Tübingen, Bd. 3, S. 10.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**

Peter; Abt von Bebenhausen

**Ortsindex:**

Bebenhausen Wohnplatz (16199)<br> Bebenhausen, Tübingen, TÜ<br> Eutingen im Gäu FDS<br> Eutingen im Gäu Gemeinde (7398)<br> Geisnang Wüstung (21711)<br> Geisnang, Ludwigsburg, LB, W<br> Gundelfingen Wohnplatz (15913)<br> Gundelfingen, Münsingen, RT<br> Gönningen : Reutlingen RT<br> Gönningen Wohnplatz (15973)<br> Hailfingen Wohnplatz (16171)<br> Hailfingen, Rottenburg am Neckar, TÜ<br> Hochdorf Wohnplatz (7613)<br> Hochdorf, Seewald, FDS<br> Horb am Neckar Wohnplatz (7484)<br> Horb am Neckar, FDS<br> Ihlingen Wohnplatz (7486)<br> Ihlingen, Horb am Neckar, FDS<br> Kusterdingen Wohnplatz (16132)<br> Kusterdingen, TÜ<br> Nellingsheim Wohnplatz (16234)<br> Nellingsheim, Neustetten, TÜ<br> Pfäffingen Wohnplatz (16227)<br> Pfäffingen, Ammerbuch, TÜ<br>

IV

Veringenstadt SIG<br> Veringenstadt Gemeinde (21373)<br> Wendelsheim Wohnplatz (16192)<br> Wendelsheim, Rottenburg am Neckar, TÜ